illatam Actu.v. Ibant apoſtoli gauden-
tes a ꝯſpectu ꝯſilij. Non fuit diſſolutus.
ſed cum xp̄o colligatus. qꝛ ꝑ caritatē fir
mam. Johan.vlt. Dn̄e tu ſcis qꝛ amo te
Nō fuit fractus ſed ſolidus per ꝑſeuerā
tiam Eccī.l. Quaſi vas auri ſolidum ꝛc̄.
¶ Tercio ꝯmendatur a ꝑfectōne ſapīe cum
dicitur. Sapientiſſimus. Nec mirꝫ ſi ſa-
pientiſſimus fuit. qꝛ tres ſapientiſſimos
doctores habuit. ſ. prēm reuelantē. Ma
th.xvj. Caro ꝛ ſanguis nō reuelauit tibi
ꝛc̄. Filiū inſtruentē Johan.xv. Oīa que
cunqꝫ audiui a prē meo nota feci vobis.
Et ſpūm ſcūm infundentē Johan.xiiij.
Paraclitus aūt ſpūſſanctus quē mittet
pater in noīe meo ille vos docebit omnia
¶ Quarto ꝯmendatꝰ a ꝑfectōe gratie cū dꝛ.
Tenerrimus ligni vermiculus Ille em̄ ē
vermis ꝛ eſt tener ad tangendū. ꝛ ē durus
ad ꝑforandū Ex quo innuitꝰ a beato Pe
tro ꝙ fuit māſuetus ꝯtrum ad bonos. iō
dicitur tenerrimus. q̄ manſuetudo appa-
ruit in tribꝫ. Primo in hoc cū eſſet ponti-
fex ſummus humile officiū nō recuſauit
Johā.xxj. Dixit ſymon petrus vado piſ
cari. Scḋo ꝙ a minori reprehendi patiē-
ter ſuſtinuit. Gal.ij. Cū veniſſet cephas
anthiochiā in faciē ei reſtiti ꝛc̄. Nos aūt
cū a ſupiori reprehendim̄. impatienter fe
rimus. ſi a pari indignam̄. ſi a minori irri
demur. Tercio in hoc ꝙ minoribꝫ humili
ter obediuit. Act.viij. Cū audiſſent aplī
qui erāt iheroſolimis qꝛ recepit ſamaria
verbū miſerūt ad eos petꝝ ꝛ iohēm. Se-
cūdo fuit durus ꝛ ſeuerus ꝯtrum ad ma
los. ideo dꝛ. vermiculus ligni. cuiꝰ ſeue-
ritas in tribꝫ apparuit. ſ. qꝛ ſeuere malos
reprehendit Act.viij. Pecunia tua tecū
ſit in ꝑditōem. Seuere puniuit. ſicut pꝫ
Act.v. in punicōe anan[i]e ꝛ ſaphire. Se-
uere dn̄m defendit Jo.xviij. Symon pe
trus hn̄s gladiū ꝛc̄. Tercio fuit hūilis
ꝯtrum ad ſeipm̄ ꝛ deū. ideo dꝛ. vermiculꝰ
Eius aūt hūilitas in tribꝫ apparuit. Pri

mo in hoc ꝙ indignū ſe xp̄i pn̄ria reputa
uit Lu.v. Exi a me qꝛ hō pec. ꝛc̄. Scḋo i
hoc ꝙ a xp̄o lauari recuſauit Jo.xiij. Nō
lauabis mihi pedes ineternū. Tercio in
hoc ꝙ crucifigi vt dn̄s noluit. vn̄ ait. Qꝛ
nō ſum dignus in cruce eſſe ſicut domi-
nus meus. crucē meam girate.

¶ De ſcō Mathia. Sermo.j.

Certe videtis
quē elegerit dn̄s ꝙ non ſit ſi
milis ei in oī populo. j. Re.x.
Quāuis iſtud dictū ſit de ſaulo ſupbo in
regē aſſumpto. ꝯuenienter tn̄ dici pt de
mathia ꝑuulo in aplm̄ aſſumpto In qui
bꝫ verbis a duobꝫ ꝯmendatur. Primo a
miraculoſa elcōe cum dꝛ. Certe videtis
quē elegerit dn̄s. Scḋo a vite ꝑfectione
cū ſubditꝰ. ꝙ non ſit ſimilis ei in ꝑplo ¶
Circa primū notandū ꝙ eius electio cō-
mendabilis eſt ex ꝑte electoꝝ. electi. ꝛ mo
di eligendi. Eligentes aūt fuerūt magne
autoritatis. qꝛ fuerunt aplī qui ſunt prin
cipes mūdi. ianitores celi. ꝛ iudices ſclī.
ps. Principes ꝑploꝝ ꝯgregati ſunt ad fa
ciendū ſcꝫ mathie elcōem. Ecce qꝛ princi
pes ſunt mundi. qm̄ dij fortes terre. ecce
qꝛ erūt iudices ſeculi. Et vehementer ele
uati ſunt vt ſcꝫ ſint ianitores celi. Scḋo
ꝯmendabilis eſt ex ꝑte electi In quo qui
dē fuerūt tria q̄ in quolibet prelato requi
runtꝰ Primū eſt moꝝ maturitas. qḋ no-
tatꝰ cū dꝛ. Ex hijs viris. vir em̄ maturita
tē importat Magnū em̄ periculū eſt dum
prelatus maturus nō ē Eccī.x. Ve terre
cꝰ rex puer ē. Scḋm eſt vite ſcītas. qḋ
notatꝰ cū dꝛ. Qui nobiſcū ſunt ꝯgregati.
In tā btā em̄ ꝯgregatōe nullus potuiſſet
hītare niſi valde ſcūs. Vn̄ dicit criſ. ꝙ ꝯ
diu iudas fuit in collegio aploꝝ dyabo-
lus nō fuit auſus ipm̄ inuadere. ſed qn̄
ab ipſis receſſit in ipm̄ intrauit. Terciū
ē ſapīe ꝛ doctrine veritas. qḋ notatꝰ cū dꝛ
Oī tpe quo intrauit ꝛ exiuit ꝛc̄. Nullus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

em̄ alicuius negocij plenam noticiā ſcire
poteſt niſi prius ſciuerit eius principiū.
finem ⁊ medium Mathias nāq̃ omniū
actuū xp̄i ſciuit principium. ideo dr̄. Di
e q̄ quo intrauit. ſ. p̄ natiuitatem. ſciuit ⁊
finem. ideo ſequit̄. Exiuit dn̄s ihēſus. ſ.
p̄ paſſionem. Sciuit ⁊ mediū. vn̄ ſequit̄
Incipiens a baptiſmate iohānis ⁊c̄. De
his trib9 dicit̄ Deutez. j. Date ex vobis
viros ecce moꝝ maturitas Sapientes ⁊
gnaros. ecce ſapientie veritas. Et quoꝝ
ↄuerſatio ſit ꝓbata. ecce vite ſanctitas.
¶ Tercio ↄmendabilis eſt ex parte modi
eligendi Apoſtoli enim ipſam electōnem
inchoauerunt ab exhortatione ſalutifera.
qꝛ petrus vtilem ſermonem premiſit. cū
enim dicitur. Surgens petrus in medio
fratꝝ dixit ⁊c̄. Proſecuti ſunt ipſam cum
oratione deuota. vnde dicit̄. Et orantes
dixerunt. Tu domine ⁊c̄. Et terminata ē
cum reuelatōne diuina. vnde dicit̄. Et ce
cidit ſors ſup̄ mathiam. Scd̄m dioniſiū
illa ſors fuit quidam ſplēdor diuinus p̄
quem oſtendebat̄ q̄ erat in apoſtolū aſ-
ſumendus. ¶ Scd̄o ↄmendatur a vite
p̄fectōne. cum dicit̄. Non ſit ſimilis ei in
omni populo. Hec autem p̄fectio in qua
tuor ↄſiſtit. Primo in hoc q̄ fuit magne
ſanctitatis quo ad ſeipſum. Et de hoc hꝫ
teſtimoniū a patre. qꝛ mathias p̄uus in-
terpretat̄. Et ad patrē ſpectat paruulos
ↄfouere. Math. xviij. Non eſt voluntas
patris mei vt p̄eat vnus ex puſillis iſtis
Teſtimoniū habuit a filio. qꝛ cum duos
ſtatuiſſent. iſtū xp̄s p̄elegit. Teſtimoniū
habuit a ſp̄ū ſc̄o in penthecoſte cū eū gra-
tia ſua repleuit. Teſtimoniū etiā habuit
a toto apoſtoloꝝ collegio qui eum cū io-
ſeph ſtatuerunt. Credendū eſt enim q̄ ſi
duos meliores habuiſſent ipſos ſtatuiſ-
ſent. ¶ Scd̄o eius p̄fectio ↄſiſtit in hoc q̄
fuit multe familiaritatis ⁊ dilectōis quo
ad xp̄m. Cuius ſigna tria fuerūt. Primū
eſt q̄ xp̄s fecit eum ↄtribulem ſuum. fuit
enim de tribu iuda ſicut ⁊ xp̄us. Solent
autem homines qui ſunt ex eadem cogna
tione ſeinuicem diligere. Ephe. v. Nemo
carnem ſuam odio habuit ⁊c̄. Scd̄o fecit
eum ↄpatriotam ſuum. Fuit enim beth-
leemita ſicut ⁊ xp̄us. Solent nāq̃ hoīes
eiuſdem patrie ſpecialē adinuicem fami-
liaritatem habere. Terciū eſt qꝛ fecit ip̄m
cōmilitonē ſuum. qꝛ ſm̄ quoſdam crucifi
xus fuit. ⁊ ſic cum chriſto in eodem equo
⁊ ſella ſedit. Heſter. vi. Homo quē rex
honorare cupit debet imponi ſupra equū
qui de ſella regis eſt. ¶ Tercio cōſiſtit eius
p̄fectio ī hoc q̄ fuit multe poteſtatis quo
ad opatōnem miraculoꝝ quoꝝ quedam
atteſtant̄ ſuam miſericordiam. Nam cū
centum quinquagīta homines ex quadā
potione toxicata. intoxicati fuiſſent. oēs
ſanauit ⁊ ad fidem ↄuertit. Quedā atte-
ſtant̄ ſue iuſticie veritatē. qꝛ cum quidā
obſtinati p̄ſiſterēt. ⁊ verbum dei deriderēt
dixit eis. Denūcio vobis q̄ viui in infer
num deſcēderis. ſtatimq̃ terra ſe aperuit
⁊ ipſos viuos degluciuit. Quedam vero
ſuam potentiam. qꝛ demones expellebat
⁊ in infernū mittebat Vnd̄ cum quidam
demon in forma pueri ↄtra ipſum excita-
ret ipſum expulit ⁊ in infernum miſit. Cū
etiam eſſet in carcere demones in ipſum
dentib9 fremebant ſed ad ipſum accedere
nō audebant. Quedam vero atteſtantur
magnā ſuam fidem. qꝛ quandā potionē
intoxicatam totam bibit. ⁊ nullā leſionē
ſenſit. Hec enim eius fidem atteſtāt̄. iux
ta illud qd̄ legit̄ marci vlt. Signa autē
eos qui crediderint hec ſequētur. ⁊ infra.
Et mortifeꝝ quid biberint eis nō nocebit
¶ Quarto ↄſiſtit ei9 p̄fectio in hoc q̄ fuit
magne acerbitatis q̄ꝫtum ad martirium.
Quāuis em̄ alibi legat̄ q̄ in pace quie-
uerit. Alibi tn̄ legit̄ q̄ funo ī collo miſſo
p̄ ciuitatem ſit tractus. Alibi crucifixus.
Alibi q̄ fuit lapidatus ⁊ ſecuri excerebra
tus. Supponēdo igit̄ q̄ ad dn̄ꝫ trāſiert

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per viam martirij poſſumus iſta ꝯcordare ⁊ dicere ꝙ primo ꝑ ciuitatē fuit tractus. ſed nō mortuus. deinde fuit crucifixus ⁊ ibi ſtans in cruce fuit lapidatus. ⁊ ſecuri percuſſus

¶ Eodem die Sermo. ij.

Fiant dies eius pauci ⁊ epatum eius accipiat alter. Et infra. Et pſecutus eſt hoīem mendicū ⁊ in opē ⁊c. Et zona qua ſp̄ precingit̄ ⁊c. ps. cviij. ꝙ iſta verba de iude depoſitōe ⁊ mathie elcōne intelligant̄ teſtatur petrus s. d. Act. j. Viri frēs oꝫ impleri ſcripturā quā dixerat ſpūſſanctus per dd ⁊c. ¶ In quibꝫ verbis quatuor ponunt̄. Primo ponit̄ ī de depoſitio cū dr̄. Fiant dies eius pauci. Criſtus nāqꝫ iudā fecit diſcipulū ſuum. poſtea apl̄m ſuū. poſtea ꝓcuratorē ſuum. ſed in hoc triplici ſtatu facti ſunt dies eius pauci. paucis em̄ diebꝫ ſtetit in diſcipulorꝫ ꝯſortio. paucis diebꝫ in aplorꝫ collegio. ⁊ paucis diebꝫ in ꝓcuratoris officio Sed mirꝫ videt̄ quare xp̄s qui eſt ſapia dei ipm̄ poſuit in ꝯſortio ſuarꝫ ouiū quem ſciebat futurꝫ eſſe lupū. in collegio aplorꝫ quē ſciebat futurꝫ eſſe ꝓditorē ſuum. q̄re eū fecit ſuū ꝓcuratorem. quē ſciebat eſſe furꝫ mgr̄m ⁊ furem. Sed hoc ſapientiſſiā rōne eſt factū. Ideo em̄ poſuit eū in ꝯſortio diſcipulorꝫ ſuorꝫ. vt bonos cū malis in hoc mundo mixtos eſſe oñdat. Nā in hoc mundo aliqñ dyabolus inuenit̄ inter filios dei Job. j. Quadā die cū veniſſent filij dei ⁊ aſſiſterent corā dño. affuit inter eos ſathan. Aliqñ inter miniſtros dei. Zacha. iij. Oñdit mihi iheſum ſacerdotem magnū ⁊ ſathan ſtabat a dextris eius vt aduerſaret̄ ei. Aliqñ inter aploſ dei. Jo. vj. Nonne. xij. vos elegi ⁊ vnus ex vobis dyabolus eſt. Scd̄o fecit eū aplm̄ quem ſciebat futurꝫ eſſe ꝓditorē ſuū vt vanā fiduciā amputaret. ne in hoc mūdo aliquis ſecurꝫ ſe eſſe credat. Ber. Nunqꝫ eſt ſecuritas fratris mei neqꝫ in celo neqꝫ in paradiſo. multo minus in mundo. In celo nāqꝫ cecidit angelus ſub pñtia diuinitatis Adā in paradiſo in loco voluptatis. iudas in mundo in ſcola ſaluatoris. Tercio fecit eū ꝓcuratorē ſuum quē ſciebat furē. vt tpalia vilia ⁊ ꝯtemnenda eſſe doceret. Habuit quidē xp̄s in hoc mundo quīqꝫ ſcꝫ corpus. eccām. mr̄em ꝓpriam. ⁊ aiam ⁊ quandā modicā ſbām ꝑ expenſis oblatam Corpus aūt habuit valde carꝫ. iō dimiſit ipſum cuſtodibꝫ valde caris. ſ. Joſeph ⁊ nicodemo Mr̄em ⁊ eccīam habuit cariores. ideo ꝯmendauit eas cuſtodibꝫ carioribꝫ. ſ. iohanni ⁊ petro. Aiam habuit cariſſimā. ideo eā recōmendauit pr̄i cariſſimo. Pecuniā habuit ꝯtemptibilē ⁊ viliſſimā. ideo ipſam iude ꝯmendauit. ¶ Secundo ponit̄ depoſitōnis rō cum dr̄. Perſecutus eſt hoīem inopē ⁊ mendicū ⁊ ꝯpūctū corde mortificare. ⁊ vocat̄ xp̄s inops mendicus ⁊ ꝯpunctus. Fuit em̄ inops. i. ſine ope adiutorij. qꝛ ipſum pr̄ dereliquerat multis eū tribulationibꝫ exponendo. Math. xxvij. Deus meus vt q̇d dereliquiſti me. Judei vſqꝫ ad mortē pſequendo. Pſal. Amici mei ⁊ proximi ⁊c. Apl̄i ab eo fugiendo. ps. Elongaſti a me amicum ⁊ ꝓximū ⁊c. Talē igit̄ inopē iudas ꝑſecutus eſt vſqꝫ ad ꝓditoriā captōnem. ⁊ hoc fecit fultus turbarꝫ auxilio ac interueniēte precio ⁊ mediāte oſculo. Mira inſania. qꝛ iudas cū turba cepit derelictū. cuꝫ oſculo ꝓdidit amicū. ꝑ pecunia vendidit ſaluatorē ſuū. Scd̄o fuit mēdicus Dicitur em̄ mēdicus. q. ad manū dicens. qꝛ paupes ſine voce ſolēt ad diuites manū extendere. ſic xp̄s in cruce manꝰ extendit ad pr̄em vt ipm̄ reconſiliaret. ps. Eleuatio manuū mearꝫ ſacrificiū veſptinū. Ad dyabolū vt ipm̄ caperet Abac. iij. Cornua in manibꝫ eiꝰ Ad humanū genꝰ vt ipm̄ ad ꝯpaſſionē inclinaret. Sed ꝯq̄ritur. d. Iſa. lxv. Expādi manus meas tota die ad populū incredulū. Iſtū ſic mendicum

Judas ꝑſecutus eſt vſqꝫ ad furtiuã rerꝝ ablatõnẽ. Jo. xi. Fur erat ⁊ loculos hñs ⁊c̃. Tercio fuit ꝯpũctus .i. dolore tactus ⁊ hoc intus in mente. math. xxvi. Triſtis eſt aĩa mea vſqꝫ ad mortẽ. Et extra ĩ corpore. ⁊ hoc ſupra in capitis coronatiõe. ⁊ infra in pedũ ꝑforatione. Et in medio. in flagellatõne. ⁊ in latere. in aptiõe eiuſdẽ. Et iſtum ſic ꝯpunctũ ⁊ doloribꝫ plenum iudas ꝑſecutus ẽ vſqꝫ ad mortẽ. ¶ Tercio pomit̃ eius punitio cũ dicit̃. Induit maledictõnẽ ſicut veſtimentũ ⁊c̃. Ubi maledictio iude aſſimilat̃ veſtimento. zone. aque ⁊ oleo. Veſtimentũ aũt induit corpora. zona reſtringit veſtimẽta. aqua ſubintrat viſcera. oleum penetrat oſſa. Maledictio igit̃ dei corpus iude ſic veſtimentum induit qñ laqueo ſe ſuſpẽdit. Tãqꝫ zona ipſum precinxit qñ pene eterne ipm addixit. Illi qui ſunt ĩ purgatorio habẽt penã ſed nõ cum zona. qꝛ pena nõ eſt eis aſtricta. Illi qui ſunt in inferno habẽt cũ zona. qꝛ eternitas penã ꝯſtrĩgit ⁊ ꝑpetuo adherere facit. Maledictio ſicut aqua intrauit in eius viſcera qñ in terra ſunt diffuſa. ij. Macha. ix. Apprehendit eũ dolor dirus viſcerꝝ. ⁊ quidẽ ſatis iuſte. quippe qui alioꝝ torſerat viſcera. Juſte igĩ iude viſcera ſunt diffuſa. qꝛ multoruꝫ torſerat viſcera. ſ. xpi doloribꝫ ea replendo. marie viſcera doloris gladio vulnerãdo. Apoſtoloꝝ ea triſticia implẽdo. ⁊ ſcãꝝ matronaꝝ viſcera fletibꝫ ꝯtriſtãdo. Maledictõ dei ſicut oleum eius penetrauit qñ eiꝰ aĩa que dꝫ eſſe os ⁊ robur corꝑis ad infernũ deſcendit. Act. j. Preuaricatus eſt iudas vt abiret in locũ ſuũ .i. in infernũ. qui eſt locus ſuus .i. ſibi ꝯgruus rõne deſperatõnis. Amoſ. ij. Sup tribꝫ ſceleribꝫ moab ⁊ ſup quartũ nõ ꝯuertam eũ. Judas aũt quatuor ſcelera ꝯmiſit. ſ. auaricie. ꝓditionis. homicidij. ⁊ deſperatõis. Sup tribꝫ igit̃ ſceleribꝫ primis deus fuiſſꝫ ꝯuerſus iude ad miam. Sup quartũ aũt ſcꝫ deſperationis ꝯuerti noluit. qꝛ indignũ ſe fecit.

¶ Quarto pomit̃ mathie electio cum dĩ. Epiſcopatũ eius accipiat alter. Que quidem electio cõmendabilis fuit ꝓpter tria que electores habuerũt. Primo habuerunt intentõnem rectam. Intendebãt enĩ illũ eligere qui eſſet ſcdm dei approbatiõꝫ qui haberet ſciẽtie illuſtratõꝫ. ⁊ qui poſſet facere in populo magnã edificatõnẽ. De his tribꝫ dicit̃ Jere. iij. Dabo vobis paſtores iuxta cor meũ qui paſcẽt vos ſciã ⁊ doctrina. ¶ Scdo habuerũt mentẽ deuotam. qꝛ orõnibꝫ inſtiterunt. Imminẽte eĩ electõne debemus orõibꝫ inſiſtere. ad qđ inſtruimur exemplo apoſtolico ſicut hic. Exemplo ꝓphetico. vnde moyſes cũ deberet a principatu ceſſare orauit dicẽs Numeri. xxvij. Prouideat dñs deus exercituũ oĩs carnis hominẽ qui ſit ſup multitudinem hanc ⁊c̃. ¶ Tercio ſeruauerũt formam canonicã que fuit ꝑ cõem ꝯſenſum ⁊ potius diuinam inſpiratõnem. cum dĩ Cecidit ſors ſup mathiã. Prouerb. xvi. Sortes mittunt̃ in ſinũ ⁊ a dño tpant̃. Huius autem exemplo non eſt ſortibus vtendũ. tum qꝛ ſcdm Jero. priuilegia paucoꝝ non faciunt legem cõem. Tum quia ſcdm Bedam. Donec veniret veritas figurã licuit obſeruare. Poſſet tamẽ quis vti ſortibus qñ tria ꝯcurrũt. Primo qñ hoc fieret in neceſſitate Vñ cum quedam ciuitas fuiſſet obſeſſa. ⁊ eſſet cõditio qui deberent recedere ⁊ qui remanere. Cõſultus Aug. rñdit. Sorte hoc eſt dirimẽdũ. vñ alibi dicit. qꝫ ſors nõ eſt aliquid mali ſed res in humana dubietate diuinam indicans volũtateꝫ. Scdo qñ fieret ꝑmiſſa ad deum orõne. Tercio qñ fieret cum ſapienti conſilio ⁊ deliberatõne. Iſta tangit Beda dicens. Si quis neceſſitate compulſus exemplo apoſtoloꝝ ſortibꝫ putat deum eſſe cõſulendum videat apoſtolos hoc egiſſe collecto fratruꝫ cetu ⁊ ad deum fuſis precibꝫ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶De eodem die Sermo .xij.

Oportet impleri ſcripturā quam
predixit ſpūſſanctus p̱ os dd̓ de
iuda ꝛc̄. In hac electōe apoſtoli
ca fit mentio de duobꝫ. Primo de indig-
ni prelati .ſ. iude depoſitōe cum dr̄. Opoꝛ
tet impleri ꝛc̄. Scd̓o de digni ſubrogatō
ne cū dicitur. Oꝫ ex hijs viris ꝛc̄. ¶Circa
primum notandū ꝙ prelatus quatuoꝛ de
cauſis deponi debet ꝓpter quas iudas de
poni debuit. Primo ꝓpter homicidij im-
manitatē. ꝛ maxime qn̄ homicidiū eſt no
toꝛium. Iudas aūt homicidiū ꝯmiſit qn̄
dei filium interfici ꝓcurauit. ꝛ illud homi
cidiū fuit notoꝛium. vnde dr̄. Et notum
factū eſt omnibꝫ hītantibꝫ in ihr̄lm. Eſt
aūt triplex notoꝛiū .ſ. preſumpti. facti. et
iuris. Homicidium ḡ eius fuit notoꝛiū.
primo p̱ preſumptōem violentā qn̄ cum
inimicis capitalibꝫ xp̄i ſecretū ꝯſiliū init
Math. xxvj. Tunc abijt vnus de .xij. qui
dicebat̄ iudas ſcarioth ad principes ſacer
dotum ꝛc̄. Scd̓o p̱ facti euidentiā. qn̄ ſcꝫ
venit cū turba cum gladijs ꝛ fuſtibꝫ ꝯpre
hendere ihe̅ſum Tunc em̄ nulla potuit ter
giuerſatiōe celare quin xp̄i mortē tracta-
uerat. Tercio p̱ ꝯfeſſionē ꝓpriam. qd̓ eſt
notoꝛium iuris qn̄ homicidiū ſuum ma-
nifeſtauit. d. Math. xxvij. Peccaui tra-
dens ſanguinē iuſtum. ꝛ iſta ꝯfeſſio facta
eſt in iudicio. i. corā principibꝫ ſacerdotū
qui erant iudices. q̄uis mali eſſent. ¶
Scd̓o deponi debuit ꝓpter hereticā praui
tatē. Ipſe em̄ fidē xp̄i recepit. ſed ab ipſa
poſtmodū preuaricatus ē. Unde dr̄. de q̄
preuaricatus ē iudas vt abiret in locū ſu
um. i. in infernū qui eſt locus ſuus. i. ſibi
ꝯgruus. Infernus em̄ eſt locus fetoꝛis
Iſai. xxxiv. De cadaueribꝫ eoꝝ aſcendet
fetoꝛ. ꝛ ideo ſibi ꝯpetit rōe inuidie. Pro-
uer. xiiij. Putredo oſſiū inuidia Unde ſu
per illud Io. xij. Quare hoc vnguentū nō
venijt ꝛc̄ dicit glo. Bono odoꝛe moꝛit̄ ſer
pens. Eſt locus ardoꝛis ꝛ ideo ꝯpetit ſibi
rōne ardentis auaricie Io. xij. Fur erat ꝛ
loculos hn̄s Eſt locus horroris Job. xij
Ubi nullus oꝛdo ſed ſempiternus horroꝛ
inhītat Iō ſibi ꝯpetit rōe ꝑditionis facte
ex q̄ tantus horroꝛ totū mundū ꝯcuſſit ꝙ
obſcuratus fuit ſol. terra tremuit. lapides
ſciſſi ſunt ꝛ monumeñ ſciſſa ſunt ꝛ apta.
¶Tercio deponi debuit ꝓpter ſymoniacā
prauitatē. Uendidit em̄ xp̄m ꝓ re tpali. i.
ꝓ. xxx. denarijs. Notandū aūt ꝙ ſunt q̄
dam annexa ſpūalibꝫ. ſicut iuſpatronat⁹
ꝛ ſunt quedā mere ſpūalia vt ſunt ecclie
ſacra. quedā diuina ſicut ſpūſſcī dona. ſi
cut remiſſio pctōꝝ. miraculoꝝ opatio. et
hmōi. Uendere aūt ſpūali annexū mag-
na eſt ſymonia. vendere aūt puꝝ ſpūale
eſt ſymonia maioꝛ. vendere quid diuinū
eſt ſymonia maxima. In xp̄o aūt fuit qd̓
dam ſpūali annexū .ſ. eius caro q̄ mediā
te aīa fuit diuinitati annexa ꝛ ꝯiuncta. fu
it qd̓dam ſpūale puꝝ in eo ſcꝫ eius aīa.
fuit in eo qd̓dam diuinū ſcꝫ eius diuitas
beata Iudas ḡ vendendo xp̄m peſſimā ſy
moniā ꝯmiſit. qꝛ vendidit qd̓dam ſpūali
annexum. qd̓dam puꝝ ſpūale. ꝛ qd̓dam
ex toto diuinū ¶Quarto deponi debuit ꝓp
ter dilapidatōem. Quatuoꝛ aūt modis
prelatus dilapidatoꝛ p̄t dici. Aut qn̄ bo
na eccleſie indebite ꝯſumit. aut qn̄ ea per
negligentiā perire ſinit. aut qn̄ ſpūalia ne
gligit. aut qn̄ malo exēplo gregē corrum
pit. Iſtis quatuoꝛ modis iudas dilapi-
datoꝛ fuit. Primo. qꝛ bona xp̄i indebite
ꝯſumebat Io. xij Fur erat ꝛ loculos hn̄s
ꝛ ea q̄ mittebant̄ poꝛtabat ¶Scd̓o in ꝓcu
rando negligēs erat. vnde cū xp̄s dixit ei
Io. xij. Qd̓ facis fac citius quidā credi-
derūt ꝙ dixiſſet ei Eme nobis q̄ op⁹ ſunt
ad diē feſtū. aut ꝙ egenis aliquid daret
Ex quo habet̄ ꝙ iudas nihil parauerat.
nec ꝓ die feſto nec ꝓ pauperibꝫ ¶Tercio
ſpiritualia negligebat. qꝛ de pauperibus
non curabat Iohā. xij. Hoc aūt dixit nō
qꝛ de egenis pertinebat ad eum ꝛ cetera.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quarto apoſtolos q̄ntū in ſe erat malo
exemplo corrūpebat. vñ poſtq̄ ab aplis
exiuit dixit xp̄s. Jo. xiij. Nūc clarificat᷒
eſt fili᷒ hoīs. Erat eñ iudas cū aplis ſicut
diabolus cū angelis. lupus cū agnis. et
accipiter cū colūbis. ⁊ iō collegiū aplorū
nō fuit clarꝫ. ſed ipſo recedente clarificat᷒
eſt xp̄s in eo. ¶ Scd̄o fit mentio d̄ plati
digni. ſ. mathie ſubrogatōe. cū d̄r. Opor
tet ergo ex his viris qui nobiſcū ſunt cō
gregati ⁊c̄. Circa cuius electōꝫ quatuor
tangunt̄. ¶ Primo eſt ꝯmendatio eligēdi
Cōmēdat̄ āt a trib᷒. ſ. a magnanimitate
ꝯſtantie in hoc q̄ vocat̄ vir. i. virilis. Nō
eñ fugit vt mercēnarius ſed ꝯſtanter ſte
tit vt paſtor bonus. Gre. Mercēnarius
fugit nō mutando locū ſed ſubtrahendo
ſolaciū. fugit q᷑ iniuſticiā vidit ⁊ tacuit.
fugit q᷑ ſub ſilentio abſcondit. Scd̄o cō
mendat̄ a pfectiōe ſcientie. Fuit enim in
ſcola xp̄i q̄ntum ad inchoationem. vñ d̄r.
Omni tp̄e quo intrauit ⁊c̄. q̄ntum ad cō
ſummatōꝫ cum d̄r. Et exiuit dñs iheſus
inter nos ⁊c̄. q̄ntum ad ꝓſecutōnem. vñ
dicitur Incipiēs a baptiſmate iohānis.
q̄ntum ad terminatōnē. vñ ſequit̄. Uſq̄
ad diem quo aſſumptus ē a nobis. Ter
ꝯmēdat̄ a ſctītate vite que apparet ex no
minis interpretatōe. q᷑ interpretat̄ pu᷒.
Et apoſtolorꝫ electōne. q᷑ de tanto nūero
ipſum cum ioſeph ſtatuerūt. Ex diuīa ap
probatōne. q᷑ deus ipſum alteri p̄elegit.
¶ Scd̄o tangit̄ electōis ꝯmendatio. cū
dicit̄. Et ſtatuerūt duos. Que quidē cō
mendabilis eſt ex rōe nūeri zeli ⁊ meriti.
Ipſa eñ fuit magna q̄ntum ad nūerꝫ. q᷑
de centū ⁊ viginti electorib᷒ nullus diſcor
dauit. Fuit ſana q̄ntum ad zelū. q᷑ ſtatu
erūt mathiā extraneū. nulli apoſtolorum
ꝓpinquū vt oſtendatur q̄ illa electio non
amore carnali fiebat. ſed ex zelo dei. Fuit
digna q̄ntum ad meritū. q᷑ ipſi electores
⁊ ipſe electus magni meriti extiterunt. ¶
Tercio tangit̄ electi ꝯfirmatio. cū dicit̄.
Et cecidit ſors ſup̄ mathiā. Quidā nāq̄
de aplis prius fuerūt electi. ⁊ poſtmodū
in penthecoſte ꝯfirmati. Pſal. Ego ꝯfir
maui colūnas eius. p̄ qd̄ dat̄ intelligi q̄
electus nō eſt ſtatī ꝯfirmādus ſed prius
in fama ⁊ pſona examinādus. Quidam
fuerūt electi ſꝫ nūq̄ ꝯfirmati ſicut iudas
p̄ qd̄ dat̄ intelligi q̄ aliquis q̄ntūcunq̄
ſit electus nō eſt ꝯfirmādus q̄n ſcꝫ nō eſt
dignus vel rite electus. Aliqui fuerūt ſil
electi ⁊ confirmati. ſicut mathias qui ab
apoſtolis erat electus. ⁊ mox a ſpūſcō cō
firmatus. ⁊ ſicut paulus qui dicit Gal. j.
Paulus electus nō ab hoib᷒. ſ. electus.
non p̄ hoīes. ſcꝫ ꝯfirmatus. ſed p̄ iheſum
xp̄m. per qd̄ dat̄ intelligi q̄ aliquis mox
vt eſt electus eſt ꝯfirmādus. q̄n ſcꝫ ꝯſtat
de electionis forma ⁊ pſone ſufficientia.
¶ Quarto tangit̄ ipſius ꝯfirmati iuriſ
dictio. cum dicit̄. Et ānumeratus eſt cuꝫ
xi. aplis. Trib᷒ nāq̄ modis iuriſdictōeꝫ
ordinariā eſt aſſecutus. Primo p̄ ipſam
ſuā electionē ꝯfirmatam Scd̄o p̄ legem
animatā. princeps eñ eſt lex animata. Et
quo ad iuriſdictionē ordinariā ꝯferendā
equipollet lex animata ⁊ inaīata. Iſta lex
aīata eſt ſpūſſanctus quē ipſe cuꝫ ceteris
apoſtolis accepit. Et iō iuriſdictionē or
dinariā ab eo ſortitus ē. Tercio p̄ ꝯſue
tudinē preſcriptā ⁊ approbatā. Obtentū
eſt eñ p̄ diuīā ꝯſuetudinē q̄ quicūq̄ mit
tit̄ a deo iuriſdictionē ordinariā ſortiat̄.
ſicut patet in iheremia ꝓpheta. qui cum a
deo mitteret̄ dictū eſt ei. Ecce conſtitui te
hodie ſup̄ gentes ⁊ regna.

¶ De ſancto Gregorio. Sermo. j.

Ego nouiſſimus
vigilaui ⁊ quaſi qui colligit ra
cemos poſt vindemiatores. vin
demiaui in b̄ndictione dei ⁊ ipſe ſperaui. ⁊
q̄ſi vindemiātis impleui torcular. Eccī.
xxxiij. Magna hūilitas b̄ti gregorij. qui
cū fuerit doctor excellētiſſim᷒. tñ vocat ſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf